

¶ *Ecce ego video quatuor viros solutos.* Cum scilicet miserim tres solùm, & victos. Quatuor tangit miracula: primum, non fuisse iuvenes illos combustos, imò nec ab igne læsos: secundum, fuisse combusta eorum vincula: tertium, esse quatuor, cum non misisset nisi tres: quartum esse solutos, cum coniecti fuissent

Damas.

vinci. Damascenus libro quarto ait eam ob causam tres illos Hebræos non fuisse læsos ab igne, quia virginitatem seruabant.

Basilius

Basilius in homilia quadam de laudibus ieiunij hoc ieiunio tribuit. Apostolus illud refert ad fidem, nam capite

Heb. 11

vndecimo epistolæ ad Hebræos vbi præcipue nonnullos enumerat, qui fide res admirabiles cõfecerunt, generaliter multos fuisse ait, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis. At hi qui ignis impetum exinxerunt, fuerunt hi tres viri in fornacem coniecti. Obtem

Psal. 18.

perauit ignis voci Dei, iuxta illud psalmi vigesimo octauo. Vox domini intercidentis flammam ignis. Quemadmodum

Sinilia.

ignis ille Babylonius impios cõsumpsit, pios autem seruauit, sic calamitas homines flagitijs contaminatos sæpenumero lædit, & comburit, viros autem pietate præstantes illustriores reddit. In igne enim aurum coruscet & splendescit, palea vero ardet & fumat. Thus positum in prunis sua uem emittit odorem: sulphur foetorem intolerabilem. Vt si plumbum & lignum incidant in mare, plumbum mergitur, lignum verò innatat, similimè si duo homines vnus probus, alter improbus incidant in calamitatem, improbus sæpe fluctibus obruitur, & perit, probus autem eruitur, & utilitatem inde gloriamque consequitur. Ex quibus colliges afflictionem non esse in malis auerandam. Tobie dixit angelus: Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Et Tob. Beatus, inquit, homo, qui corripitur à Domino. Et apostolus in epistola ad Hebræos, Fili mi noli negligere disciplinam domini, nec fatigaris, dum ab eo argueris: quem etiam

Tob. 12.

Tob. 5.

Heb. 12

diliget dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Nihil homini euenire potest infelicitatem, quàm nullam vnquam ferre infelicitatem, nihil calamitosius, quàm nullam vnquam sentire calamitatem. Contrà vero nihil illustrius, nihil gloriosius, quàm propter Deum calamitatem subire, eamque æquo & sedato animo tolerare.

¶ *Species quarri similis filio Dei.* Hic erat angelus in figura humana tanto fulgore coruscans, vt iudicaret rex, non esse illum filium hominum, sed aliquid diuinum, tanta pulchritudine, tam admirabili præstantia formæ, vt filius Dei vocaretur. Fortasse ob familiaritatem qua Daniel erat cum rege coniunctus, dixit ei fore, vt Filius Dei vnigena in mundum veniret, humanam naturam assumeret, eisq; opitularetur in periculis & ærumnis, qui ad illum toto animo confluisent, atque de eo intelligi illud Psalmi quadragesimo quarto. Speciosus forma præ filius hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Quæ enim pulchritudo tam admirabilis, tam suavis & iucunda, quàm aspectus filii Dei, nullum penitentem contemnit, atq; adeò omnes calamitate oppressos dulcibus verbis ad se vocantis: Cum itaq; rex audisset à Daniele aliqua de filio Dei, comparauit eum eo virum illi spem dudo candore lucentem, qui tribus pueris opem tulerat, eosque omni molestia leuauerat, quem paulo post angelum vocauit. Ita enim dixit de vero Deo loquens, Misi angelum suum, & eripuit seruos suos, qui in eum crediderunt. At per angelum illum voluit Deus significare, se in temporis plenitudine descensurum esse à coelo in terram, suosque calamitatibus, & peccatorum flammis erepturum. Ipse enim ait Psalmo 90. Cum

Psal. 44.

ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. De quo ait diuinus psalter Psalmo 71. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

Psal. 71.

Vbi per pauperes & filios pauperum intelligit afflictos, qui cum angantur ærumnis, diuinam implorant misericordiam.